

Urkundenbuch zur Geschichte der mittelrheinischen Territorien (Ed. Beyer) Nr. 164

In nomine domni nostri Ihesu Christi pastorum principis Rotgerus humilis pastor et sanctae Treuericae sedis archiepiscopus. Omnibus huius ecclesiae fidelibus praesentibus atque futuris notum fieri volumus quod tempore praedecessoris nostri bonae memoriae Ratbodi quasdam ecclesiasticas res ab eo Liutfridus sub obtentu praecariae adquisivit. De qua praecaria ratione in nostra praesentia mota indicatum nobis a pluribus fuit non illam iustae quantitatis compensatione secundum ecclesiae salvamentum bene esse factam. Nos itaque per nostros fideles clericos et laicos cum requirere et diligenter investigare quomodo constaret praecepimus Rei autem inde cognita veritate manimus praefatum Liutfridum ut si tenere vellet augmentando eam melioraret. Qui nostris monitis adhaerens adhaerens ad illos XIII quos prius dederat mansos III serviles et iugera IIII de terra arabili cum prato I ad carratas foeni VII et cum picturis tribus in Helifelt iacentibus de illa proprietate quam ab Adelberto comparavit. Totum vero quod prius scilicet et nunc dedit renovata donatione in nostra nostrorumque fidelium circumstantium clericorum atque laicorum praesentia legaliter tradidit ad altare s. Eucharie. In recompensatione autem huius traditionis tenet in villa vocabulo Namiei mansum indominicatum cum ceteris omnibus cunctisque suis adiacentiis atque basilicam. Et in Palatiolo. Similiter ecclesiam et mansum indominicatum cum omnibus suis appendiciis et universis ad eum pertinentibus. In praedicto quoque Helifelt mansos II de viniera. Ea nimirum ratione ut ipse et coniux eius Belledrudis et filius eorum Liutfridus utrumque quod dedit videlicet et quod accepit ab hodierna die in posterum cunctis diebus vitae illorum absque ulla cuiuslibet unquam calumnia vel repetitione usufructuario secure et cum omni tranquillitate teneant. Post illorum vero discessum omnes res ambarum partium absque ullius diminutionis detrimento immo cum meliorationis plenissima integritate ad partem beatissimi. Eucharie sine aliqua cuiuspiam persone contradictione redeant et in eius dominationis iure perpetua stabilitate consistant. Presentis scripturae testamento inviolabili firmitate manente cum stipulatione subnixa + Signum domni Rotgeri praestantissimi archiepiscopi.

+ S Helprici praepositi et archidiaconi

+ S Bernoldi archidiaconi

+ S Hupertii archidiaconi

+ S Hadeuoltdi archidiaconi

+ S Uuolgeri praepositi

+ S Aluerti praepositi

+ S Richberti secundi praepositi

+ S Sareberti praepositi

+ S Alperi custodis

+ S Otteri cantoris

+ S Anscheri capellani

+ S Berengeri diaconi

- + S Gozpoldi subdiaconi
- + S Uuolmari
- + S Rorici
- + S Ofteri
- + S Gozperti
- + S Hartmanni
- + S Uuidonis
- + S Gerberni
- + S Odilberti
- + S Rotberti
- + S Gunberti
- + S Rainmeri
- + S Ermenardi
- + S Egilmari

Odelarius ad vicem Rotberti scripsit et subscripsit. Actum Treueris anno dominicae incarnationis DCCCCXXIII. Anno vero domni Heinrici gloriosissimi regis II. Indictione XII.